



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Evtropii De Gestis Romanorvm, Liber Primvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277



EVTROPIVS VALENTI MAXIMO
PERPETVO AVGVSTO.

REs Romanas ex uolūtate mansuetudinis tuæ ab urbe condi-
ta ad nostrā memoriā, quæ in negotijs uel bellicis, uel ciui-
libus eminebant: per ordinē temporū breui narratione colle-
gi strictim, additis etiam ijs, quæ in principum uita, egregia
extiterunt: ut tranquillitatis tuæ possit mēs diuina letari, prius se illustriū
uirorum facta in administrando imperio secutam, quam cognosceret
lectionem.

EVTROPII DE GESTIS

ROMANORVM, LI-
BER PRIMVS.



PRIMVS in Italia, ut quibusdā placet, regnauit
Ianus: deinde Saturnus, Iouem filium e Græ-
cia fugiens, in ciuitate, quæ ex eius nomine Sa-
turnia dicta est, habitauit: cuius ruinae hacten-
us cernuntur in finibus Thuscæ: haud procul
ab urbe. Hic Saturnus quia in Italia latuit, ab
eius latebra Latium appellata est. Ipse em̄ ad-
huc rudes populos, domos ædificare, terras
incolere, plantare uineas docuit, atq; humanis

moribus uiuere, cum antea semiferi gladium tantūmodo alimentis uitā
sustērent, qui aut in speluncis, aut frondibus, uirgultisq; contextis casu-
lis habitarent. Ipse etiam eis nummos æreos primus instituit, pro quibus
meritis, ab indocili & rustica multitudine deus est appellatus. Post hūc Pi-
cus eius filius, de quo fabulose dicitur, quod à quadā famosissima maga
Circe nomine, ob cōtemptum eius amorem, in auē sui nominis sit muta-
tus. Post hūc filius eius Faunus, qui fuit pater Latini: cuius mater creditur
latinas literas reperisse. Quibus regnantibus c̄l. anni feruntur reuoluti.

R Regnante



Regnante tamen Latino, qui latinam linguam correxit, & Latinos de suo nomine appellauit, Troia à Græcis capta est. Cum apud Hebræos Labdon tertium sui principatus annum ageret: & apud Assyrios Tautanes, apud Aegyptios Thous regnaret, expletis à mundi principio annis IIII. men. xviii. à diluuiò annis mille CCCCLXXVII. à natiuitate Abrahamæ DCCC XXV. à natiuitate regis Assyriorum Nini annis DCCC XXXV. à natiuitate Mosi annis CCC & quinq;. Ante urbem autem conditam annis CCC & IIII. Ante primam quoq; olympiadem annis CCCC & VI. Capta igitur Troia, Aeneas Veneris & Anchisæ filius ad Italiã uenit. Anno tertio post Troiæ excidium cum Turno Dauni Thufcorum regis filio dimicans, eum interemit: eiusq; sponsam Lauiniam Latini filiam in coniugem accepit: de cuius etiam nomine Lauinium oppidum, quod construxerat, appellauit.

A S C A N I V S R E X.



Regnauit igitur Aeneas Latinis annis tribus, quo uita decedente, regnum suscepit Ascanius: qui & Iulius eiusdè Aeneæ filius dictus est: què apud Troiam ex Creusa cõiuge genuerat: & secum in Italiã ueniens adduxerat. Qui Ascanius derelicto noueræ suæ Lauiniæ regno, Albam longã condidit: & Syluium Posthumũ fratrem suũ Aeneæ ex Lauinia filiũ, summa pietate educauit. Deinde Ascanius Iulium filium procreauit, à quo familia Iuliorum exorta est, paruulus, quia necdũ regèdis ciuibus idoneus erat. Ascanius cũ VIII & XX annis regnasset, Syluium Posthumum fratrem regni reliquit hæredem.

S Y L U I V S.



Yluius igitur Posthumus regnauit annis xxix. qui Posthumus ideo est appellatus, quia post patris mortem est editus. Syluius, quia ruri fuerat educatus: à quo omnes Albanorum reges Syluij sunt uocati. Post quem regnauit Aeneas Syluius annis xxxi. Deinde Latinus Syluius regnauit annis l. quo etiã tẽpore apud Hebræos Dauid regnauit. Post cuius obitũ regnauit Alba Syluius annis xxxix. Deinde Epitus eius filius annis xxiii. Deinde Capys Syluius superioris regis filius annis viii & xx. qui Capuam in Campania condidit. Itẽ Capetus Syluius Capys frater, annis tredecim. Post quem Tyberinus Capeti filius, annis nouem. Ab huius nomine Tyberinus fluius dictus est, quod in eum decidens extinctus est, qui prius Albula dicebatur. Successit huic Agrippa Syluius, regnans annis quadraginta: cuius temporibus Homerus fuisse in Graciã perhibetur. Deinde Remus Syluius Agrippæ superioris filius regnauit annis decem & nouem. Iste præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit: qui ob impietatem fulmine ictus interijt. Post hunc regnauit Auentinus Syluius annis uiginti & septem, qui fuit Remi superioris regis filius, quiq; in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus

pultus, æternum loco uocabulum dedit. Successor extitit Procas Syluius, eiusdem Auentini filius, qui regnauit annis triginta & tribus. Eo tempore Sidonius mensuras & pondera repperit: cum apud Hebraeos Aza in Iudæa, & Hieroboam in Hierusalem regnarent. Isti quoque Amulius succedens eius iunior filius, regnauit annis quadraginta & tribus. Numitor Procæ regis maior filius à fratre Amulio regno pulsus, in agro suo uixit. Filia eius adimendi partus gratia, uirgo Vestalis electa est. Quæ cum septimo patris anno geminos edidisset infantes, iuxta legem in terra uiua defossa est. Verum paruulos propè ripam Tyberis expositos, Faustulus regij pastor armenti ad Accam Larentiam uxorem suam detulit. Quæ ob pulchritudinem, & rapacitatem corporis quæstusosi, Lupa à uicinis appellabatur. Vnde & ad nostram usque memoriam, meretricum cellula, lupanaria dicuntur. Pueri cum adoleuissent, collecta pastorum, & latronum manu, interfectoque apud Albam Amulio, Auum Numitorem in regnum restitunt.

ROMA CONDITA À ROMULO.



Romanorum igitur imperium, quo neque ab exordio ullum ferè minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, à Romulo exordium habet. Qui Rheæ Illiæ Vestalis uirginis, ut præmissum est, filius, & quantum putatus est, Martis, cum Remo fratre uno partu editus est. Is cum inter pastores latrocínaretur XVIII. annos natus, urbem exigam in Palatino monte constituit X. Calen. Martias. Olympiadis sextæ anno CCCCXIX. post Troiæ excidium, siue, ut placet Orosio, CCCCXVII. ante sex annos, quàm decem tribus Israel à Senacherib rege Chaldæorù transferrentur in montes Medorum. Condita ergo ciuitate, quæ ex nomine suo Romanam uocauit: à qua & Romanis nomē inditum est: hæc ferè egit. Condito templo, quod Asylum appellauit: pollicitus est ad eum confugientibus impunitatem. Quam ob causam multitudinem finitimorum, qui aliquam apud suos ciues offensam contraxerunt, ad se confugientem in ciuitatem accepit. Latini denique, Thuscicque pastores, etiam transmarini Phryges, qui sub Aenea: Arcades, qui sub Euandro duce influxerant. Ita è uarijs quasi elementis congregauit corpus unum: populurumque Romanum effecit. Centum ex senatoribus legit: quorù consilio omnia egit: quos senatores propter senectutem, patres ob similitudinem curæ nominauit. Mille etiam pugnatores delegit: quos à numero milites appellauit. Tum cum uxores ipse, & populus non haberent: inuitauit ad spectaculum ludorum uicinas urbis Romæ nationes: atque earum uirgines rapuit, anno ab urbe condita quarto. Tunc una uirginum pulcherrima, cunctarum acclamatione rapientium, Talasso duci Romuli decernitur. Vnde in nuptiarum solennitatibus Talasso uulgo clamitant: quod scilicet talis nupta sit, quæ Talassum habere mereatur. Commotis itaque bellis propter raptarum iniuriam, Cennenses

nēses uidelicet, Antennates, Crustumij, Sabini, Fidenates, Veientes. Hęc omnia oppida urbem cingunt. Tunc etiam Tarpeia uirgo, Sabinorum clypeis in monte obruta est: qui ab eius nomine Tarpeius est appellatus: in quo Capitolium est constructum. Pepigere tamen Romani cum Sabinis, quorum filias rapuerant amicitias, adeo, ut Sabinorum rex Tatius regnaret cum Romulo: Sabiniq; & Romani unus populus efficerentur. Quo tempore Romani ad confirmandam coniunctionem, nomina illorum suis præponebant nominibus, & ad inuicem Sabini Romanorum: Et ex illo tempore consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque prænomine. Propter hanc etiam societatem, cum Sabinorum more Romulus hastam ferret, quæ eorum lingua Quiris appellabatur, Quirinus est dictus. Romani uero siue à quiribus, id est, hastis, siue à Quirino, Quirites nominari cœperunt. Remus denique à Fabio duce Romuli, nõ dubium quod ex fratris uoluntate, rostro pastorali extinctus est. Causa autem eius interitus hęc fuit: quod ad tutelam nouæ urbis uallum non posse sufficere increpauerit, eiusque angustias saltu transilierit. Romulus uero, cum apud paludem Capream nusquam comparuisset, anno regni XXXIX. ad deos transisse creditus est, & Quirini nomine consecratus. Deinde Romæ per continuos dies Senatores imperauerunt, & his regnantibus, unus annus completus est.

N V M A P O M P I L I V S .



Ostea Numa Pompilius rex creatus est, cum apud Hebræos Ezechias regnaret. Qui bellum nullum quidem gessit: sed non minus ciuitati, quàm Romulus profuit. Nam leges Romanis, moresq; constituit, qui consuetudine præliorum iam latrones, ac semibarbari uidebantur: & annum descripsit in decem menses, qui prius sine aliqua supputatione cõsufus erat: & infinita Romæ sacella, ac templa constituit. Morbo decessit XLI imperij anno. Regnante Numa, Glaucus primus ferri inter se glutinum cogitauit.

T V L L V S H O S T I L I V S .



Vic successit Tullus Hostilius: hic primus Romanorum purpura, & fascibus est usus, Manasse in Iudæa regnante. Hic bella parauit: Albanos uicit, qui ab urbe Roma duodecimo milliario sunt. Veientes & Fidenates, quorum alij septimo milliario absunt ab urbe Romana, alij decimo octauo, bello superauit. Urbem ampliauit, adiecto Cælio monte. Cum XXXII annis regnasset, fulmine ictus, cum domo sua arsit. His temporibus Byzantium ciuitas est condita, quæ postea Constantinopolis est appellata.

Ancus

ANCVS MARTIVS.



Ost hunc Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, suscepit imperium. Quo etiã tempore Iosias regnavit apud Hebræos. Contra Latinos dimicavit. Auentinũ montẽ civitati adiecit, & Ianiculum. Hostiã civitatẽ supra mare XVI milliario ab urbe Roma condidit. XXIII anno imperij morbo periit. Hoc tamẽ regnante Epidãnus est condita, quæ postea Dyrrhachium nominata est.

minata est.

TARQVINIVS PRISCVS.



Einde regnũ Priscus Tarquinius accepit. hic numerum senatorũ duplicavit. Circũ Romæ ædificavit. Ludos Romanos constituit, qui ad nostrã memoriã permanẽt. Vicit etiã Sabinos: & non parũ agrorũ sublatũ ipsẽ, Romæ urbis territorio iunxit, Primusq; triumphãs Romã intrauit. Muros fecit, & Cloacas. Capitolium inchoavit. XXXVII imperij anno per Anci

Martij filius occisus est: cui regi ipse successerat. Regnãte Tarquinio, Arion Methymnæus à delphino mari Tænarum dicitur transportatus. Tunc est etiam Massilia condita. Eodemque tempore Hierusalem à Nabuchodonosor rege Chaldæorum subverfa est.

SERVIIVS TVLLIVS.



Ost hũc Servius Tullius suscepit imperium, genitus ex nobili fœmina, captiva tamẽ & ancilla, Regnavitq; annis XXXIII. Quo regnante Balthasar imperabat Chaldæis: sub quo Daniel scripturam mysticam in pariete legit, & interpretatus est. Hic quoq; Sabinos subegit. Montes tres, Quirinalẽ, Viminalẽ, Aesquilinũ urbi adiunxit. Fossas circa murum duxit. Pri-

mus omniũ censum ordinavit: qui adhuc per orbẽ terrarũ incognitus erat. Sub quo Roma, omnibus in censum delatis, habuit capita LXXXIII millia civium Romanorũ cum ijs qui in agris erãt. Occisus est scelere generi sui Tarquini, filij eius regis cui ipse successerat, & filia suã, quã Tarquinius habebat uxore.

TARQVINIVS SVPERBVS.



Vicius deinde Tarquinius Superbus, septimus atq; ultimus inuasit imperiũ. Quo tempore ad relationẽ Cyri regis Persarũ reuerfi sunt Hierosolymã Iudæi LXXII millia CCCC. Iste primus excogitavit uincula, taureas, fustes, latumias, carceres, compedes, cathenas, exilia, metalla. Volscos, quæ gens ad Cãpaniã euntibus non longe ab urbe est, uicit. Gabios civitatem, Sueciam, & Pometiam subegit. Cũ Thuscis pacẽ fecit: & templũ Ioui in Capitolio ædificavit. Postea Ardeam oppugnans in XVIII milliario ab urbe Roma positam civitatem, imperiũ perdidit. Nam cũ filius eius & ipse Tarquinius iunior nobilissimã

R 3 fœminã

ſceminã Lucretiam Collatini uxore ſtupraſſet: eãq; de iniuria marito & patri & amicis queſta fuiſſet, in omniũ cõſpectu ſe occidit: propter quã cauſam Brutus parẽs & ipſe Tarquinius, Collatinuſq; populũ concitauit, & Tarquinio adem̃ imperiũ. Mox exercitus quoq; eũ, qui ciuitatẽ Ardeam cũ ipſo rege oppugnabat, reliquit, ueniẽſq; ad urbem Rex portis clauſis, excluduſ eſt. Cumq; imperaſſet annos triginta quinque, cum uxore & liberis ſuis fugit. Ita Romã regnatum eſt per ſeptem reges.

C O N S V L E S P R I M I .



Nno CCXLIII. cũ adhuc Roma ubi plurimũ uix uſq; ad xv millia poſſideret, Tarquinij ſanẽ tẽporibus, caſtiſſima Iudith Olofernem peremit: hiſdemq; temporibus Pythagoras philoſophus claruit: qui Samo oriundus Crotone docuit, nouiſſime Metapontũ adijt, ibiq; ſepultus eſt. Hinc COSS. cœpere pro uno rege duo. Duo hac cauſa creati ſunt, ut ſi unus malus eſſe maluſſet: alter eũ habens poteſtatem ſimilẽ coẽrceret. Et placuit ne imperium longius q̃ annũ haberent, ne propter inſolẽtiam poteſtatis inſolentiores redderentur: ſed ciuiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annũ ſcirent eſſe priuãdos. Fuerunt igitur anno primo expulſis regibus COSS. Lucius Iunius Brutus, qui maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur, & Tarquinius Collatinus maritus Lucretiã. Sed Tarquino Collatino ſtatim ſublata eſt dignitas: Placuerat em̃ ne quiſq; in urbe remaneret, qui Tarquinius uocaretur. Ergo accepto om̃i patrimonio ſuo ex urbe migrauit: & loco ipſius factus eſt Lucius Valerius Publicola CO S. Cõmouit tamen bellũ urbi Romã rex Tarquinius, qui fuerat expulſus: & collectis multis gentibus, ut in regnum poſſet reſtitui, dimicauit. In prima pugna Brutus CO S. & Aruns regis Romani Tarquini filius, inuicẽ ſe occiderunt. Romani tamen ex ea pugna uictores reſceſſerunt. Brutũ Romanã matronã defenſorem pudicitiaẽ ſuaẽ quali cõmunem patrẽ per annũ luxerunt. Valerius Publicola, Spurium Lucretiũ, & Tricipitinũ collegam ſibi fecit Lucretiã patrẽ. Quo morbo mortuo, iterũ Oratium Puluillũ collegam ſibi ſumpſit. Ita primus annus quinq; Conſules habuit, cũ Tarquinius Collatinus propter nomẽ urbe ceſſiſſet, Brutus in prælio periſſet, Spurius Lucretius morbo mortuus eſſet. Secundo quoq; anno iterũ Tarquinius, ut reciperetur in regnum, bellũ Romanis intulit, auxiliũ ferente Porſena Thuſciã rege, & Romam penẽ cœpit: ueruntamen à Romanis quoq; uictus eſt. Tertio anno poſt reges exactos, Tarquinius cum ſuſcipi non poſſet in regnum, neq; ei Porſena, qui pacem cum Romanis fecerat, præſtaret auxiliũ, Thuſculum ſe contulit: quã ciuitas non longe ab urbe eſt, atq; per quatuordecim annos priuatus regno cũ uxore conſenuit. Quarto anno poſt reges exactos, cũ Sabini Romanis bellum intuliſſent: uicti ſunt, & de hiſ triumphatum eſt. Quinto anno Lucius Valerius ille Bruti collega, & quater CO S. fataliter mortuſ eſt, adeo pauper, ut collatis à populo nũmis, ſumptum habuerit ſepulturaẽ. Quẽ matronã, ſicuti Brutum, per annũ luxerũt. No-
no anno

no anno post reges exactos, cum gener Tarquini ad iniuriã soceri uindicãdam ingentem collegisset exercitum, noua dignitas Romæ est creata, quæ dictatura appellatur, maior quã cõsularis. Eodẽ anno etiam magister equitũ factus est, qui dictatori obsequeretur: neque quicquã similius potest dici, quã dictatura antiqua huic imperij potestati, quã nunc tranquillitas nostra habet, maxime cũ Augustus quoque Octavianus, de quo postea dicemus, & ante eũ Caius Cæsar, dictaturæ nomine, atque honore regnauerint. Dictator autẽ Romæ primus fuit Lartius, Magister equitũ primus Spurius Cassius. Sextodecimo anno post reges exactos, seditionẽ populus Romæ fecit, tanquã à Senatu, atque COSS. premere-
tur. Tum & ipse sibi tribunos plebis, quasi proprios iudices & defensores creauit: per quos contra senatũ & consules tutus esse posset. Eodẽ tempore Neemi-
as concedente Xerxe Persarum rege Iudæam uenit, muros, urbemque restituit. Sequenti anno Volsci contra Romanos bellũ parauerunt, & uicti acie, etiã Coriolos ciuitatẽ, quã habebant optimã perdiderunt. Decimo octauo anno post-
quã reges eiectione sunt, expulsus ab urbe Quintus Martius dux Romanus, qui Coriolos cõperat Volscorũ ciuitatẽ, ad ipsos Volscos contendit iratus, & auxilia contra Romanos accepit: Romanos sæpe uicit, usque ad quintum milliariũ accessit, oppugnaturus etiã patriam suã, legatis qui pacẽ petebant, repudiatis, nisi ad eũ mater Veturiã, & uxor Volumnia ex urbe uenissent: quarũ fletu & precatione superatus remouit exercitũ. Atque hic secundus post Tarquinũ fuit, qui dux contra patriam suã esset. Caio Flauio & Lucio Virginio COSS. trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant contra Veientes bellũ soli susceperũt, promittẽtes senatui & populo per se omne certamẽ implendũ. Itaque profecti omnes nobiles, & qui singuli magnorũ exercitũ ducẽ esse deberẽt, in prælio conciderunt. Vnus omnino superfuit ex tanta familia, qui propter ætatẽ puerilem duci non potuerat ad pugnam. Post hæc census in urbe habitus est, & inuenta sunt ciuiũ capita CXXIX. M. Sequenti tamen anno cũ in Algido monte, ab urbe duodecimo fermẽ milliario, Romanus obsideretur exercitus, Lucius Quintius Cincinnatus dictator est factus: Qui agrũ quatuor iugerũ possidens, manibus suis colebat. Is cũ in opere & arans esset inuentus, sudore deterfo, togã prætextatam accepit: & cæsis hostibus liberauit exercitum, iugumque bouum equis imposuit: uictoriamque quasi stiuam tenens, subiugatos hostes præ se primus egit.

XVIRATVS.



Nno CCC. & altero ab urbe condita, imperium consulare cessauit, & pro duobus COSS. decem facti sunt: qui summam potestatem haberent, ac Xuires nominati sunt. Sed cum primo anno bene egissent, secundo ex ijs Appius Claudius, Virginij cuiusdam, qui honestis iam stipendijs contra Latinos in monte Algido militabat: filiam uirginem corrumpere uoluit, quam pater occidit, ne stuprum à Xuiris sustineret: & egressus ad milites mouit tumultum. Sublata est Xuiris potestas, ipsique damnati sunt.

R 4 Captiuitas

CAPTIVITAS VRBIS ROMAE.



Nno tricentesimo decimoquinto ab urbe condita, Fidenates contra Romanos rebellauerunt: auxiliū præstabant his Veientes, & rex Veientium Tolumnius: quæ ambæ ciuitates tam uicinæ urbi sunt, ut Fidenæ VII, Veientium decimo octauo milliario absint. Coniunxerunt se ijs Volsci. Sed Marco Aemilio dictatore, & Lucio Quintio Cincinnato magistro equitum, uicti etiam regem perdiderunt: Fidenæ captæ & excisæ. Post uiginti inde annos Veientani rebellauerunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui primum eos uicit acie, mox etiam ciuitatem diu obsidens cepit antiquissimam Italiæ atq; ditissimam. Postea cepit & Faliscos non minus nobilem ciuitatem. Sed commota est ei inuidia, quia prædam male diuisisset: damnatusq; ob eam causam, & expulsus est e ciuitate. Statim Galli Senones ad urbem uenerunt: & uictos Romanos undecimo milliario à Roma apud flumen Alliam secuti, etiam dimissa Clusij Thuscis ciuitate, quam obsidebant cum Brenno rege suo Romam uenerunt: & ferè Romanum nomen deleuerunt: urbem occupauerunt: neque defendi quicquam nisi Capitolium potuit. Quod cum diu etiam Romani fame laborarent: à Camillo, qui in uicina ciuitate exulabat, Gallis superuentum est, grauissimèq; uicti sunt. Postea tamen accepto etiam auro mille librarum ne Capitolium obsiderent, recesserunt. Sed secutus eos Camillus, ita cecidit, ut & aurum quod his datum fuerat, & omnia quæ acceperant militaria signa reuocaret. Ita tertio triumphans urbem ingressus est, & appellatus secundus Romulus, quasi & ipse patriæ cõditor. Circa hæc tempora ab Hesdra putatur historia ueteris testamenti conscripta. Plato quoq; philosophus his fuisse temporibus perhibetur.

EVTROPII DE GESTIS

ROMANORVM, LIBER

SECUNDVS.

Tribuni militum Consulari potestate.



Nno CCCLXV. ab urbe condita, post captam autem primo, dignitates mutatae sunt, & pro duobus COSS. facti tribuni militares cõsulari potestate. Hic iã cepit Romana res crescere. Nã Camillus eo anno Volcorū ciuitatem, quæ per LXX annos bellū cum Romanis gesserat, uicit: & Equorum urbem & Sutrinarum, atque omnes deletis earundem exercitibus occupauit: & tres simul triumphos egit. Titus etiam Quintus Cincinnatus Prænestinos, usque ad urbem Romæ portas cum bello uenerunt, prosecutus, ad flumen Alliam uicit

octo